



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fures spirituales sunt tres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

mulieris . Vnde Hieronymus . Femi- **Hieron,**
 nam quam uideris bene conuersan-
 tem, mente dilige, sed corporali non
 frequentes accessu . Quia sicut dicit **Isyd,**
 Isidorus. Sepe quos uoluptas non po-
 tuit uincere, assiduitas superauit . Se-
 cundum est fiducia de propriis uiri- **Hieron,**
 bus. Hieronymus. Vide ne sub eodem
 tecto cum muliere manseris, nec in
 tua castitate confidas . Non enim Da-
 uid humiliores, nec Sansone fortior,
 nec Salomone sapientior . Tertium
 est, consanguinitas . Hieronymus. **Hieron,**
 Si generis gratia iudicas easdem nul-
 lomo dimittere . Memento quod **2, Re, 13**
 Thamar a fratre suo corrupta est .

Fures spirituales sunt tres.

Primus est diabolus . Io. 10. Fur **Ioan, 10**
 non uenit nisi ut mactet, & fure-
 tur, & perdat. Secundus est adu-
 lator. Osee. 7. Fur ingressus est, spoli- **Osee, 7**
 ans, latrunculus foris, fures intrin-
 seci sunt. Adulatores domestici; latro-
 nes extrinseci sunt latrones extranei.
 Tertius est uanagloria. Vnde Grego- **Grego.**
 rius. Quasi quidam latrunculus adiun-
 git se in uia fauor humanus, & quos
 incautos reperit, expoliat. Idem. De **Idem.**
 p̄dari desiderat qui thesaurum pu-

Chris. blicè in uia portat; de his tribus dicit
Chrisostomus. Vnus solus fur est, qui
furatur thesaurum positum in caelis,
uana gloria, daemones furantur ani-
mas, adultores puritatem confici-
entiae.

*Filius Dei dignatus est assume-
re carnem potius, quam an-
gelicam naturam pro-
pter tria.*

Heb. 4. **P**rimo, ut per experientiam in-
firmitatis carnis, carni compa-
teretur. ueluti Paulus ait. Non
habemus pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris &c.
Bernar. Et Bernardus. Puto iam me spernent
non potest caro, de carne mea. Secun-
do, ut carnem hominis esse à Deo,
non a diabolo ostenderet, quia non
sumpsisset eam uerè si esset à diabolo.
Tertio ut palpabilis & uisibilis esset
cæcis & simplicibus, ut nullus excusa-
tionem haberet.

Filiationē Dei auferunt quatuor.

Matt. 3 **P**rimum, est in honoratio. Mat-
thæo. Si ego pater, ubi honor
meus? Ecclesiasticus. Ne glori-
Eccl. 5. rieris in confusione patris tui. Secun-